

gelio: iam talibus aperire illicitum est: af-
fuescere sacrilegium. Idem: Verbum scur-
rile quod fatui vrbani nomine colorant
non sufficit peregrinari ab ore sed etiam
procul ab aure relegandum est: sede ad
cachinnos moueris: sedius moues.

Ociosum ver-
bū z tria ptra
illud.

Secundum genus est verborum ocio-
sorum. Verbum autem ociosum vt dicit
Bernardus est qđ sine vtilitate loquen-
tis dicitur aut audientis. Vitanda quidē
sunt ociosa verba z maxime a religiosis
Tum propter periculum quia teste eodez
Bernardo in epistola: Quicquid nō edi-
ficat audientes in periculum vertitur au-
diētium. Ambrosius super Beati immacu-
lulati: Non mediocre periculum est cum
habeas tam eloquia dei et opera que fe-
cit: si pretermisiss illis loquaris que seculi
sunt vel audias. Tum secundo ne tēpus
preciosum quo nihil preciosius habemus
inutiliter amittatur. Bernardus libro
de consideratione: Nemo inquit paruus
existimet tempus quod in verbis consu-
mitur ociosis: volat tempus irreuocabile
volat verbum irreuocabile: nec aduertit
insipiens quid amittat. Et infra: Cur per-
dis illud quo diuinam tibi propitiari de-
bueras pietatem: properare ad angelicaz
societatem: suspirare ad promissam felici-
tatem: excitare te ad amissam voluptatē:
flere comissam iniquitatem. Quare dicit
beatus Isidorus: Sicut falsitatis crimen
a profitentibus pertimescitur: ita ociosa
verba a perfectis viris vitantur. Tum
tertio propter discussionem extremi iudi-
cij. Teste enim ipsa veritate math. xij. De
omni verbo ocioso quod locuti fuerint
homines reddent rationem deo in die iu-
dicij. Tertium vō quod vitare debe-
mus est verborum ad risum mouentium
sive excitantium. Vanus enim sermo: vt
ait Isidorus: iudex existit: mores hoīs lin-
gua pandit: z qualis sermo ostenditur ta-
lis animus comprobatur. Proverbi. xv.
Os stulti ebullit stulticiā. Multum autez
monachis conuenit ab huiusmodi sermo-
nibus vanis z risum prouocantibus ab-
stinere: quia vt ait Hieronymus in epi-
stola: Monachus plangentis habet offi-
cium qui se vel mundum lugeat et dñi pa-
uidus prestoletur aduentum.

Aduerte in q-
bus debet tē-
pus expendi.

Risus abesse
debet a mona-
chis.

Regule sci bñdicti. c. viij. de hu-
militate.



Lamat nobis diuina scri-
ptura fratres dicēs: Dis-
qui se exaltat humiliabit
z qui se humiliat exalta-
bit. Cū hec ergo dicit ostendit no-
bis omnē exaltationē genus esse su-
perbie: quod se cauere ppheta indi-
cat dicens: Dñe non est exaltatum
cor meuz neqz elati sunt oculi mei.
Neqz ambulauit in magnis neqz i-
mirabilibus sup me. Sed quid? Si
nō humiliter sentiebas: sed exaltaui
animā meā: sicut ablactatus super
matre sua: ita retribues in aiaz meā
An fratres si sūme humilitatis vo-
lumus culmē attingere: z ad exalta-
tionē illam celestem ad quam per p-
sentis vite humilitatem ascenditur
volumus velociter peruenire: acti-
bus nostris ascendentibus scala il-
la erigenda est que in somno iacob
apparuit: per quam ei descēdentes
z ascendentes angeli monstraban-
tur. Non aliud sine dubio descen-
sus ille z ascensus a nobis intelli-
gitur nisi exaltatione descendere: et
humilitate ascēdere. Scala vō ipsa
erecta nostra est vita in seculo: que
humiliato corde a domo erigitur
ad celum. Latera enim eiusdē scale
dicimus nostrum corpus z animā
inter que latera diuersos gradus
humilitatis vel discipline euocatio
diuina ascendendos inseruit.

Luce xiiij.

Psal. cxxx

Gen. xxvij

Tracta. D. cat. lviiij. de multiplici hu-
militatis cōmendatione.